

Sentenza arbitrale dei giudici di Poschiavo per l'uso dei beni ecclesiastici tra la comunità cattolica e quella riformata di Brusio

Estratto di sentenza arbitrale emessa dal podestà e dai giudici di Poschiavo nella controversia per l'uso dei beni ecclesiastici tra la comunità cattolica e quella riformata di Brusio. Viene stabilita una divisione a metà.

....¹quomodocumque et qualitercumque ipsis ecclesiis et dicto communi spectantibus et pertinentibus ex quibusvis aliis ecclesiis tantum medietas sit suprascriptorum actorum et successorum ut supra et eis pro medietate pertineat omni anno a die qua contionator sancti Evangelii \$beneficium/inixium ingressus est et ministerium ubi suscepit et deinceps usque in perpetuum, alia vero medietas sit diversa partis et ei pertineat ut supra hoc etiam autem declarato quod si una ex dictis partibus non teneret predicatorem seu presbiterum quod altera valeat consequi ex ipsa medietate parti sic deficienti adjudicata vel \$ totum quod iuri videbitur \$ iustum et honestum. Item quod de quibusque bonis mobilibus ipsarum ecclesiarum ad instantiam et requisitionem suprascriptorum actorum fiat inventarium et nihilominus dicta bona salventur in dictis ecclesiis pro necessario usu utriusque partis in suis officiis. Item condemnaverunt \$ dictam universitatem Brusii in omnibus expensis ista occasione legitime factis que ascendunt summam librarum triginta imperialium ultra expenses scripturarum ista occasione factarum et presentis sententiae de quibus etiam condemnaverunt dictam universitatem. Que vero sententia scripta et publicata fuit per me notarium infrascriptum² de mandato prefatorum dominorum potestatis et iudicentium, presentibus \$ Johane Fanchini de l'Aqua, Bernardo Jsepi de Juliano et Thoma filio condam Pedroti de Fancono omnibus de Pusclavio notis et jdones.

Ego Andreas Paravicinus filius condam domini Antonii olim domini Johannis de Pesclavio publicus notarius dicti communis ipsiusmet comunis auctoritate suprascriptam sententiam arbitramentalem predictaque omnia et singula ab originali autentico ex quodam codice actorum civilium suprascripti condam patris mei olim notarii publici et tunc temporis cancellarii comunitatis Pesclavij fideliter de verbo ad verbum extraxi et pro maiori fide me subscripsi.

(Archivio parrocchiale cattolico Brusio, senza data, ma probabilmente poco prima del 1560)

¹ E' conservata soltanto l'ultima parte della pergamena.

² Il notaio che ha steso la sentenza è dunque ser Antonio fu Giovanni Paravicini, cancelliere comunale presumibilmente verso gli anni sessanta del Cinquecento. L'estratto della sentenza è stato fatto in seguito dal figlio Andrea.